



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

lxxxiii. Ad intestina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

vindicabis. Lac mulieris nutrientis masculum in eius oculos instillato, & mox sanus fiet. Vel costum, folium, thus masculum, mastichen, laser Iudaicum, piper, nardum spicam, caryophyllum, crocum, sandaracham, pediculariam, paribus portionibus contundito, cribrato, hisque eius palatum confricato, & sanitatem recipiet.

Si suas pinnas rodit.

SPumam nitri inferuefactam, & cimices quinque tritas ex carne dabis accipitris cibatum per triduum.

Si velis experiri an infirmus accipiter uiuat.

Quotidie ipsi dabis butyrum, oleum Hispanicum vel rosaceum cum corde bubulo, & si excrementa reddiderit, uiuet: sin reijciet, pullum columbinum per tres dies ipsi dabis: si excrementa reddet, sanabitur.

Ad intestina.

Butyrum cum melle mistum in carnes inspersum frequenter ipsi dabis, & sanabitur.

